

compositionis stabiliter et perpetuo Juuaturum villas nostras in *Trybl* et in *Ebersbach* cum omnibus iuribus et pertinentiis suis videlicet siluis agris pratis pascuis quesitis et inquerendis, cultis et incultis aquis piscationibus Molendinis et cum omni prorsus terrena vtilitate quocunque nomine censeantur, et in quibuscunque rebus consistant ad manus dicti Domini Abbatis voluntarie resignauimus et ab ipso resumpsimus iure et nomine feudali, volentes vt jus feudale in dictis villis apud predictum Monasterium permaneat nunc et Semper, et nos nostrique heredes dictarum Villarum veri et legitimi possessores sepedicto Monasterio fide et sinceritate fasallorum debito astringamur. Pro cuius rei testimonio Sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno domini M. Trecentesimo tertio.

(Kopialbuch des Klosters Waldsassen II, Fol. 198b im Reichsarchiv München. — Rz.)

~~~~~  
CLVIII.

König Albrecht bestätigt dem deutschen Hause Blauen das Patronatsrecht über die Kirche zu Asch (Asche), welche demselben von den Bögten Heinrich und Heinrich von Blauen übertragen ist. Nürnberg, den 14. Febr. 1304.

(In der Bestätigungsurkunde des Kaisers Ludwig des Baiern, d. d. Frankfurt, den 18. Juni 1341, Urk. Nr. 2835 im H.-St.-A. Dresden).

~~~~~  
CLIX.

Albert, römischer König, nimmt die gestrengen Männer Heinrich und Heinrich, Bögte von Blauen, wegen der Reinheit ihres Glaubens und wegen ihrer ersprießlichen Dienste in seinen und des Reiches besondern Schutz auf. Nürnberg, den 20. März 1304.

Nos *Albertus* dei gratia *Romanorum Rex* Semper Augustus Ad vniuersorum Sacri Romani Imperii fidelium noticiam volumus peruenire, Quod nos Strenuos viros *Heinricum* et *Heinricum Aduocatos de Plawe*, fideles nostros dilectos, fauoris plenitudine et gratie singularis priuilegio amplectentes, Ipsos ob sue puritatem fidei et fructuosa nostro culmini impensa seruicia per eosdem et imposterum impendenda cum personis et rebus suis, in nostram et Imperii protectionem recepimus specialem Volentes dictos Aduocatos in suis Juribus conseruare. Presentium testimonio litterarum. Datum in *Næremberg* XIII. Kalendas Apriles Regni nostri Anno sexto.